

juniam rei est illis? (Quid proderit illis? Clericus post Septuaginta, *quæ?*)

VERS. 10. — HEREDIBUS, possessoribus, sub. novis, nempe Chaldeis qui posthac eos jure hereditario possessuri sunt. QUIA A PARVO (1), etc. Vid. supra 6, 15.

VERS. 15. — CONSUMENDO CONSUMAM (2), vel *perdendo perdam*. (Vid. sup. 5, 11.) *Et quæ dedi eis, etc.*, id est, spoliabantur bonis quæ dederam illis.

VERS. 14. — MANEMUS? vel, *desidemus*. ET SILEBIMUS; vel, *quiescamus*. (Id est, quietos nos contineamus. GROL.) TACERE NOS FECIT, conspescuit nos, noluit nobis victoriam (q. d., laudis materiam) dare de hostibus. Grotius. Vatablus, *deleturus est, Chald. Paraphrastes: Adducit super nos contritionem.*) AQUAM FELLIS: succum fellis. Hebr. *veni, toxicum*, id est, venenatum. (Vid. Deut. 29, 18, et Os. 10, 4.)

VERS. 15. — ET NON ERIT BONUM; vel, *et nulla felicitas*. Verba Jeremie in personâ suorum popularium. Expectativam pacem quam pseudopropheta nobis promiserant, ad illa non contigit. MEDELE, id est, consolatōnis, vel liberatōnis.

VERS. 16. — A DAN, etc. A Dan dicit, quia, Phœnicæ subactâ, inde per Danitarum terminos adventabat Nabuchodonosor. Grotius. TREMUI, vel intremiscent. PLENTUDINEM EJUS (5). Vid. Ps. 24, 1.

(1) Sed quis filii surdis vel tardis iterare quod vel effluerat à memoria, vel non tetigerat eorum animos. Dicit eos *sensisse*, per concessionem; q. d. : Preposterius fuisset medici, qui adhibuissent emplastra ad tegendam iram Dei, Grotius. CUM NON ESSET PAX; id est, vel, 1^o quum Deus hoc evenit refutavit; vel 2^o quum nulla esset prosperitas, tamen pacem fallaciter pollicenti sunt, Calvinus.

CONFESI, *an erubuerunt*, etc., q. d. : Probra sua illis obijcit Deus, et convicti sunt, ut non possent tergiversando effugere; tamen etiam in pudore ipso non puduit eos, nullus in eis erat pudoris affectus. Ex hæc impudentiâ probat eos esse homines perditos. Alii: *Fecerunt ut erubescerent*, etc. CABENT INTER CORRUPTOS. Simul omnes, ut peccârunt, ita etiam peribunt. (Calvinus.)

(2) CONGREGANS CONGREGABO eos intra Hierosolymæ mœnia. Illos eò simul ducam, veluti in communem lanicam, nequis vindictæ mee severitatem effugiat. Alii: *verbum congregare est neci tradere*. Congregabo in mortem, in sepulchrum: cadaverum una coactorum acervum ex eis effliciam.

NON EST UVA IN VITIBUS. Deus Judæam absolutâ sterilitate ferti, quo anno à Chaldeis Hierosolyma obsidebatur. At cum non una fuerit ejus urbis obsidio ex Chaldeis, certus hujus famis annus non definitur. At si eadem est que ex præsens malum describitur inferius, 4, 1, credibile certè est paulo ante supremam Hierosolymæ obsidionem sub Sedecia contigisse. (Calmet.)

(3) A DAN usque ad urbem sanctam, q. d., è longinquo; ut exprimat magnitudinem fremitus. Simplicior sensus est; quod si Hierosolyma secura sit, et deliciis vacet, tamen in ipsius finibus hostes sunt; bellum in vestrà terrâ gerendum; Dan et Ephraim erant inter Jeros. et Babylonem. Aegyptus est præteritæ regorum ejus, scil. Assyrii vel regis Babylonii. Hebræi sepè relativum ponunt sine antecedente. Vel, *ejus*, nempe Dei, sub cuius auspiciis beligerabant Chaldei. ET PLENTUDINEM EJUS. Omnes arborum sequetium fruges, opes omnes abripient. UREX, id est, urbes; neque enim uni Jeros. minatur, sed aliis etiam urbibus (Synopsis.)

VERS. 17. — MITTO, missurus sum. QUIBUS NON, etc., id est, contra quos nihil efficit incantatio. (Vid. Ps. 55, 6.) MORDEBUNT vos (1), sub. *et illo peribitis*.

VERS. 18. — IN FORTIFICATIONE MEA (2), etc., vel, in *consolatione meâ ob mororem*, id est, quum darem operam ut morore deposito respirarem et solarem me, animus meus à consolatione fuit alienus.

VERS. 19. — DE TERRA LONGINQUA, id est, ob homines terre remotissimæ. Queritur autem populus de Deo ob metum hostis venientis è regione longinquâ. Dominus colitur in Sion, cur ergo sinit illam affligi? Populus primum loquitur: deinde Deus. Dialogus est. QUARE, etc. Responso est Dei, (q. d., si Deus sum et rex vester, cur idola mihi pretulistis? Grot.) VANITATIBUS DEI, ALIENI vel *vanitatis populi alienigenæ?* Chaldeus paraphr., in *cultu idolorum*.

VERS. 20. — TRANSIVIT MESSIS, etc. Populus loquitur. Diu expectavimus auxilium ab Aegyptis; sed nobis expectantibus perit tempus, et opem illorum non sumus experti.

VERS. 21. — SUPER CONTRITIONE, etc. Verba prophetæ. OBTENERATUR SUM, obscuratus sum, denigratus, id est, contristatus sum. (Vid. Ps. 55, 14.)

VERS. 22. — NEQUID, etc. Fierine, inquit, potest ut in

(1) ECCE EGO MITTAM VOBIS SERPENTES REGULOS. Septuag., *serpentes mortiferos*. Nota, *regulus*, teste Plinio, l. 8, 21; Solino, c. 50; Eliano, lib. 9, 18, latine idem est, qui græcè basiliscus, nimirum serpens est digit aut palmi magnitudine, alia quasi coronâ lineatam habens caput; mediâ parte corporis serpat, mediâ erectus incedit, ita noxius ut antea indicat, adeo ut in *aera nulla alium impant transvolet infectum spiritu pestilentis*, ait Solinus c. 50, herbas exurat, afflatur mo spiritum homines interimit, sibi loquitur omnes serpentes, unde *regulus*, id est, rex serpentum dicitur. Tales fuerunt Chaldaei Judæis, ut eos solo pectus aspectu, hinc et voce examinarent; unde Chald. veritas, *populus occidentes, sicut serpentes regulos, quibus non est incantatio, et occidunt eos*.

QUIBUS NON EST INCANTATIO, id est, qui ita barbari sunt et crudeles, ut nullis precibus ad misericordiam fieri possint; ita S. Hieron. et Chald.; sed Septuag. vertunt; *A quibus non est evellere, scilicet aculeum veneni mortiferi, et mordere vos insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientes*.

Tropolog. tales reguli impiis et damnatis sunt demones. Ita S. Gregor. 34. Moral. 5. *Inmittit, inquit, vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, ac si diceret: Justo judicio talibus vos immundis spiritibus tradam, qui à vobis excuti exhortatione predicantium quasi incantantium sermone non valeant*. Rursum tales reguli sunt detractores, ait Hugo.

(Corn. à Lap.)

(2) DOLOR MEUS SUPER DOLOREM. Dolor meus dolorem omnem superat. Sunt qui hæc verba Deo tribuant, dolenti quod severissimè in populum, etiam in delicatis habitum, animadvertere cogitare. Alii ad prophetam referunt, de malis Juda dolentem, vel ad populum referunt, de malis pondero fatiscentem, Hebræus aptius ita explicatur, quasi ipsa urbs Hierosolyma in hæc sententiam queratur: *Hæc piam gravi dolore crucietur*. Sive: Quos de me genitus edam? *Morore opprimor: animus deficit*. ECCE VOX SUSPIRATORUM FILIÆ PORTÆ MEÆ, quam audio de terrâ longinquâ, vel, quam ipse edit de remotâ regione, ab exilio. Aptissima est hæc interpretatio, versum sequentis sententiam, aliter obscurissimam, explicans. Septuaginta: *Vos mordebunt angues insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis*. (Calmet.)

Galaad non inveniatur opobalsamum, et chirurgus, qui bellè vulnera curat? q. d., non. Miror ergo quomodo cicatrix vulnere populi mei non sit obducta, id est, miror quod non inveniatur in hæc regione quæ dicit se Deum colere, plus aliquis qui precibus malo populi mei non medeatur. *Opobalsamum oratio est; medicus, vir pius erat copia balsami et chirurgorum* (juxta Gen. 37, 25). In Galaad. THERIACA (ita interCAPUT IX.

1. Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei.

2. Quis dabit me in solitudine diversorium viatorum, et derelinquam populum meum, et recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, coetus prævaricatorum.

3. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii et non veritatis: confortati sunt in terrâ, quia de malo ad malum egressi sunt, et me non cognoverunt, dicit Dominus.

4. Unusquisque se à proximo suo custodiat, et in omni fratre suo non habeat fiduciam; quia omnis frater supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet.

5. Et vir fratrem suum deridebit, et veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium; et iniquè agerent, laboraverunt.

6. Habitatio tua in medio doli: in dolo rennerunt scire me, dicit Dominus.

7. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego confabulo, et probabo eos: quid enim aliud faciam à facie filie populi mei?

8. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum loenta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, et occultè ponit ei insidias.

9. Numquid super his non visitabo? dicit Dominus: aut in gente injusmodi non ulciscetur anima mea?

10. Super montes assumam fletum ac lamentum, et super speciosa deserti plañctum: quoniam incensa sunt, eò quod non sit vir pertransiens, et non audierunt vocem possidentis: à volvere cœli, usque ad pecora, transmigraverunt et recesserunt.

11. Et dabo Jerusalem in acervos arenæ, et cubilia draconum: et civitates Juda dabo in desolationem, eò quod non sit habitator.

12. Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, et ad quem verbum oris Domini fiat, ut annuntiet istud, quare perierit terra, et exusta sit quasi desertum, eò quod non sit qui pertranscat?

13. Et dixit Dominus: Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, et non audierunt vocem meam, et non ambulaverunt in ea.

14. Et aberunt post pravitatem cordis sui, et post Baalim: quod didicerunt à patribus suis.

15. Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce ego cibabo populum istum absinthio, et potum dabo eis aquam fellis.

16. Et dispergam eos in gentibus, quas non noverunt ipsi et patres eorum: et mittam post eos gladium, donec consumantur.

S. S. XIX.

pretatur Castellus vocem *רפוא* præfert clericus, *resina*; quod theriaca curandis vulneribus parum commodè adhibeatur, et quod Dioscorides à Plinio interresina Syriacam laudet, seu *Galaaditicam*: Galaaditis quæ eorum temporibus ad Syriam pertinebat). Cuius nos, etc., ad verbum, *quoniam quare non ascendit medela filie*, etc., id est, cur ergo non est obducta cicatrix populi mei?

CHAPITRE IX.

1. Qui donnera de l'eau à ma tête, et à mes yeux une fontaine de larmes, pour pleurer jour et nuit les enfants de la fille de mon peuple qui ont été tués?

2. Qui me fera trouver dans le désert une cabane de voyageurs, afin que j'abandonne ce peuple et que je me retire du milieu d'eux? Car ils sont tous des adultères; c'est une troupe de violateurs de la loi;

3. Ils se servent de leur langue comme d'un arc, afin d'en lancer des traits de mensonge, et non de vérité; ils se sont fortifiés sur la terre, parce qu'ils ne font que passer d'un crime à un autre, et qu'ils ne me connaissent point, dit le Seigneur.

4. Que chacun se garde de son prochain, et que nul ne se fie à son frère; parce que le frère ne pense qu'à perdre son frère, et que l'ami use de tromperie contre son ami.

5. Chacun d'eux se rit de son frère, et ils ne disent point la vérité; car ils ont instruit leur langue à débiter le mensonge, ils se sont étudiés à faire des injustices.

6. Votre demeure, ô Jérémie, est au milieu d'un peuple tout rempli de fourberie; ce sont des trompeurs, et ils ont refusé de me connaître, dit le Seigneur.

7. Voici ce que dit le Seigneur des armées: Je vais les faire passer par le feu et les éprouver; car puis-je faire autre chose à l'égard de la fille de mon peuple?

8. Leur langue est comme une flèche qui perce; elle ne parle que pour tromper; ils ont la paix dans la bouche en parlant avec leur ami, et en même temps ils lui tendent un piège en secret.

9. Ne punirai-je point ces excès? dit le Seigneur; et ne me vengera-je point d'une nation si criminelle?

10. J'irai répandre des larmes et jeter de grands cris sur les montagnes et dans les lieux autrefois si agréables; parce que tout a été brûlé; il n'y a plus personne qui y passe; on n'y entend plus la voix de celui qui les possédait; tout a quitté et s'est retiré, depuis les oiseaux du ciel jusqu'aux bêtes de la terre.

11. Je ferai de Jérusalem un amas de sable et un repaire de dragons; je changerai les villes de Juda en une affreuse solitude, sans qu'il y ait plus personne qui y habite.

12. Qui est l'homme sage qui comprenne ceci, à qui l'on puisse faire entendre la parole du Seigneur, afin qu'il l'annonce aux autres; qui comprenne pourquoi cette terre a été désolée, pourquoi elle est devenue sèche et aride comme un désert, sans qu'il y ait personne qui y passe?

13. C'est parce qu'ils ont abandonné la loi que je leur avais donnée, dit le Seigneur, qu'ils n'ont point écouté ma voix, qu'ils n'ont point marché selon que je leur avais prescrit;

14. Mais qu'ils ont suivi les égarements de leur cœur, et qu'ils ont adoré Baal, selon qu'ils l'avaient appris de leurs pères.

15. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: Je vais nourrir ce peuple d'absinthie, je lui donnerai de l'eau de fiel à boire.

16. Je les disperserai parmi les nations qui leur sont inconnues, comme elle l'ont été à leurs pères; et je les poursuivrai avec l'épée jusqu'à ce qu'ils soient entièrement détruits.

4

VERS. 11. — IN ACERVOS (1), sub. lapidum.
 VERS. 12. — ET INTELLIGET HOC? qui intelligat istud? vel, ut consideret. SIC MOX, ut renuntiet. ET ADQUEM, etc., vel, et quis est ad quem os, etc. PROPTER QUOD. Potest esse alia interrogatio que præcedentibus non jungatur, sed versui sequenti, in quo Dominus illi respondet, hoc modo: QUARE PERIIT TERRA, etc. *Eo quòd dereliquerunt*, etc. EXUSTA EST, etc. Hebr. desolata est instar deserti absque transeunte, id est, ita ut per eam nullus iter sit facturus.

VERS. 14. — BAALIM, deos alienos. QUOS DOCEBURT. Chaldaeus paraph. : *Qua docuerunt eos, vel, in quibus assueverunt eos.*

VERS. 15. — ECCE EGO, etc., id est, affliciam eos gravissimam calamitate et afflictione.

VERS. 17. SAMENTES (2), peritas, sub. artis lamentandi.

VERS. 18. — DEDUCANT (3), etc. (ad verbum, descendant. Chald. par. : *Emittant lacrymas*). DEDUCANT, vel convertantur.)

VERS. 19. — AUDITA EST, vel, brevi exaudietur. PROJEGERUNT NOS HABITACULA NOstra, id est, tabernacula nostra visa sunt quasi nos eiecere et expellere à se.

VERS. 21. — PER FENESTRAS (4), etc. Indicat vehementiam expugnationis cum dicit hostem non per portas ipsas ingressurum in palatia et arces, sed per fenestras, q. d. : Ne in arcibus quidem nostris et palatiis tui erimus.

VERS. 22. — STERCEUS, etc., vel, sterquilinum. Prædicit fore ut cadavera virorum insignium conuertant in

(1) DABO JERUSALEM IN ACERVOS ARENE, ET CILINDRA DRACONUM. Omnia viria edificia æneis atque in cineres redacta jacebunt, eorumque rudera arguibus cubilia suppeditabunt. Judæorum hostes, cum laboris populi mox è captivitate reversi irriderent, aiebant : Numquid edificare poterunt lapides de acervis pulveris qui combusti sunt? (Calmet.)

(2) CONTEMPLAMINI, hebr. *hibonenu*, id est, provide, et vocate LAMENTATRICES, que solent in funebribus et luctu, voce hehili et lacrimis manibus verberantes, ad lacrymas populum provocare : hic enim mos usque hodie permanet in Jud. à, ut tum viri threnodi, tum potius mulieres, in planetam et omne pathos faciles, atque ad hoc exercitio et conductæ sparsis crinibus, nudatisque pectoribus, voce modulati omnes ad fletum concitent; ita S. Hieron. Has gentiles vocabant prædicas, quòd luctu præficerent. Ad luctum quoque adhibebantur tibicines; unde Ovidius : *Cantabat mæsis tibia funeribus.*

Vide dicta Math. 9, 23; q. d. Deus : Non poteritis, ô Judæi, ipsi satis delere cladem Hierosolymæ, nisi etiam prædicas lamentandi peritas advocetis.

(3) FESTINENT. Hæc dicunt Judæi, qui à Deo loquentes introducuntur. Vel propheta nomine totius populi. *Deducant oculi nostri*, id est, excipient nos prædicæ ad plorandum, hoc enim erat eorum officium. (Maldonat.)

(4) ASCENDIT MORS PER FENESTRAS NOSTRAS, id est, subito et nemine prævidente accidit nobis hæc tribulatio, et urbis nostræ subversio, ut videatur mors ipsa clanculum per fenestras irrepisse. Fuit autem mors ipsa tam seiva ut etiam non pepercerit pueris et juvenibus in plateis ludentibus : sed nec sapientes astuti sua evadere poterunt, nec fortes viribus suis illam avertere, aut ditiles pecuniâ se redimere ab ea. (Munsterus.)

ipsis plateis, neque pluris fiant ab hostibus quam sterora que sunt sparsa in agris ipsis. MANIPULUS POST METENTEM, etc., manipulus post messorem, et non erit qui recolligat. Ut multi, inquit, manipuli cadunt operâ messoris : ita multi ex Israelitis corrueunt cædentibus Chaldæis.

VERS. 25. — LAUDET SE (1), glorioretur.
 VERS. 24. — QUI LAUDAT SE (2), vel, qui evocat se jactare. HEC ENIM VOLO, vel, nam hæc mihi placeat.

VERS. 25. — VISITABO (3), aut, puniam. Et habentem PRÆCEPTUM, et eum qui est in præputio.

VERS. 26. — HABITANTES IN EXTREMO ANGULO, ad verbum, *extremificatos anguli*, id est, redactos et detrusos in angulum orbis terre, sive qui siti sunt in extremitate orbis. (Vid. Ps. 72, 8.) Seipsum declarat quim mox dicit, qui habitant in deserto. Sicut PRÆDIATÆ, sunt incircumcisæ : carne scilicet (vel corde, ut mox de Judæis) : id est, contumaces et immeritorum, peccatores et rebelles Deo, ut per contemptum circumcissionis, totius religionis contemptus intelligatur.

(1) NON GLORIETUR SAPIENS, etc. Per concessionem sic vocat eum qui timore Dei vacuus est. Sic connotatur hæc cum præced. Exitium quod Judæis denuntiatum erat ab his non metuebatur, quia fiduciam habebant, vel in fortitudine, vel in divitiis, vel in sapientia, Calvinus. Sed nihil proderunt hæc omnia ad arcendos Chaldæos, Tirsus. Ne itaque his nimium fidite. Tria hic exempla, Salomonis sapientissimi, Samsonis fortissimi, Achabi ditissimi, non abs re hic adfert Chaldaeus, Grotius.

(2) SED IN HOC GLORIEBUT QUI GLORIEBUT, SCIRE ET ROSSÉ ME. In eo fidat quòd me noverit, nimirum si et hoc factis ostendat.

(3) QUI FACIO BISSERORDIAM, ET JUDICEM, ET JUSTITIAM IN TERRA. Non dicit : *Ut me noverit secundum naturam meam*; ea enim hominum captum superat; sed secundum eas proprietates que homines spectant, quos כִּרְמִי appellant Hebræi, quarum præcipue sunt benignitas in pios, severitas in impios, et in omnibus rebus perfectissima *ébiras*, rectitudo, qua; hic significatur nomine *justitia* generalius sumptæ, cum aliqui ea vox varias habeat significationes. Et nota illud in terra : contra philosophos qui ante Aristotelem censuere Dei providentiam ad sublunaria non pervenire. (Grotius.)

(4) VISITABO CIRCUMCISUM (nempe flagitiosum : supple, sed nimis eum qui est), in PRÆCEPTO. Pari modo eos pro meritis tractabo. Neque me movet tantilla pellicula retenta, vel rejecta, Grotius. *Circumcisus* in, vel cum, præputio. Legas hæc vel : 1^o distinctæ, q. d. : Tam Judæos quam gentes, mixtum, et sine discrimine; vel potius : 2^o conjunctim, q. d., cuius circumcisio inanis est, et manet præputio similis. Judæos respicit, qui et erant degeneres, ita adulteraverant fœdus Dei, et simul violaverant circumcissionem, Calvinus. Quos vers. seq. gentes commemorat, hæc omnes circumcidabantur : id quod ignorantes quidam, hunc locum, quem bene translulerunt Vetus (ut et multos alios), depravarunt, non auctorem sequentes, sed trabentes; videlicet Judæos magistros suos secuti, qui arbitrantur solos Judæos circumcidari, cum non solum Egyptii præter Judæos circumcidarentur, sed et Ethiopes, et Colchi, et Macrones, et Syri, ut docet in Enterpe Herodotus, Castalio. Ad auctor libri Aruch de Egyptiis : *Circumcisus*, inquit, quidem erant, quo tempore vivebat Joseph; at illo mortuo, adduxerunt sibi præputium, arte usi que abscessim cutem repararet. Sed non ita est profectio. Nam suo adhuc ævo illos circumcisos fuisse memorant Herod. et Strabo, et post eos Hieron. et Ambros. (Curceus.)

CAPUT X.

CHAPITRE X.

1. Audite verbum quod locutus est Dominus super vos, domus Israel;

2. Hæc dicit Dominus : Juxta vias gentium nolite discere, et à signis cæli nolite meture, qua timent gentes :

3. Quia leges populorum vanæ sunt : quia lignum de altu præcidit opus manus artificis in ascia.

4. Argento et auro decoravit illud : clavus et malleus compegit, ut non dissolvatur.

5. In similitudinem palmæ fabricata sunt, et non loquentur : portata tollentur, quia incedere non valent. Nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere, nec bene.

6. Non est similis tui, Domine : Magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine.

7. Quis non timebit te, ô Rex gentium? tuum est enim deus : inter cunctos sapientes gentium, et in universis regnis eorum nullus est similis tui.

8. Pariter insipientes et fatui probabuntur; doctrina vanitatis eorum lignum est.

9. Argentum involutum de Tharsis offertur, et aurum de Ophaz : opus artificis, et manus ærarii : hyacinthus et purpura indumentum eorum; opus artificum universa hæc.

10. Dominus autem Deus verus est, ipse Deus vivens, et Rex sempiternus : ab indignatione ejus commovebitur terra : et non sustinebunt gentes comminationem ejus.

11. Sic ergo dicetis eis : Dii, qui cæcos et terram non fecerunt, pereant de terrâ, et de his que sub cælo sunt.

12. Qui facit terram in fortitudine suâ, preparat orbem in sapientiâ suâ, et prudentiâ suâ extendit cælos.

13. Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, et elevat nebulas ab extremitatibus terræ : fulgura in pluviam facit, et educit ventum de thesauris suis.

14. Stultus factus est omnis homo à scientiâ : confusus est artifex omnis in sculptili : quoniam falsum est quod conflavit, et non est spiritus in eis.

15. Vana sunt, et opus risu dignum : in tempore visitationis suæ peribunt.

16. Non est his similis pars Jacob : qui enim formavit omnia ipse est, et Israel virga hæreditatis ejus : Dominus exercituum nomen illi.

17. Congrega de terrâ confusionem tuam, qua habitas in obsidione.

18. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego longè projeciam habitatores terræ in hæc vice : et tribulabo eos, ita ut inventianur.

19. Væ mihi super contritionem meâ, pessima plaga mea. Ego autem dixi : Planè hæc infirmitas mea est, et portabo illam.

20. Tabernaculum meum vastatum est, omnes fuculi mei dirupti sunt, filii mei exierunt à me, et non subsistunt : non est qui extendat ultra tentorium meum, et erigat pelles meas.

1. Ecoutez ce que dit le Seigneur à dit contre vous, maison d'Israël;

2. Voici ce que dit le Seigneur : Ne vous rendez point disciples des erreurs des nations; et ne craignez point les signes du ciel, comme ces nations les craignent :

3. Car les lois de ces peuples ne sont que vanité. Un ouvrier coupe un arbre avec la cognée dans une forêt; il le met en œuvre :

4. Il l'embellit en le couvrant d'or et d'argent, qu'il unit ensemble avec des clous à coups de marteau, afin que nulle partie ne se sépare :

5. Ces statues sont comme le tronc d'un palmier; elles ne parlent point; on les porte et on les met où l'on veut, parce qu'elles ne peuvent marcher. Ne craignez donc point toutes ces idoles, parce qu'elles ne peuvent faire ni bien ni mal.

6. Seigneur, il n'y a point de dieu qui vous soit semblable. Vous êtes grand, et votre nom est grand en puissance.

7. Qui ne vous craindra, ô Roi des nations? parce que c'est à vous seul que la gloire appartient, et que, parmi tous les sages et dans tous les royaumes du monde, nul n'est semblable à vous.

8. Aussi on les convaincra qu'ils sont des fous et des insensés : car le bois qu'ils adorent est la preuve de la vanité de leur doctrine.

9. On apporte de Tharsis le meilleur argent, et d'Ophaz l'or le plus pur; la main de l'ouvrier et du statuaire le met en œuvre; l'hyacinthe et la pourpre éclatent dans les vêtements de leurs statues : tout cela n'est que l'ouvrage d'un homme habile dans son art.

10. Mais le Seigneur est lui-même le Dieu véritable, le Dieu vivant, le Roi éternel. Son indignation fait trembler la terre, et les nations ne peuvent soutenir ses menaces.

11. Vous leur parlerez donc de la sorte : Que les dieux qui n'ont point fait le ciel et la terre périssent sous le ciel, et soient exterminés de la terre !

12. C'est Dieu qui a créé la terre par sa puissance, qui a affermi le monde par sa sagesse, qui a étendu les cieux par sa souveraine intelligence.

13. Au seul bruit de sa voix, il fait tomber du ciel un déluge d'eau, il élève les nués des extrémités de la terre, il fait briller les éclairs au milieu de la pluie, et il fait sortir les vents de ses trésors.

14. La science de tous ces hommes les rend des insensés, et la statue est la confusion du sculpteur, parce que ce qu'il a fait est une chose fautive. C'est un corps sans âme;

15. Leur ouvrage n'est que vanité; ce n'est qu'une illusion dont on doit rire. Ils périront tous, lorsque Dieu les visitera dans sa colère.

16. Mais celui que Jacob a pris pour son partage ne ressemble pas à ces idoles : c'est lui-même qui a créé toutes choses. Israël est son peuple et son héritage, et son nom est le Seigneur des armées.

17. Vous qui serez bientôt assiégés, rassemblez de tout le pays ce qui cause votre honte.

18. Car voici ce que dit le Seigneur : Je jetterai bien loin cette fois les habitants de cette terre, et je les affligerai de telle sorte, que pas un n'échappera.

19. Hélas, malheureuse que je suis! je me sens toute brisée, ma plaie est malique. Mais je me suis dit à moi-même : C'est moi qui suis l'unique cause de mon malheur; il est juste que je le souffre.

20. Ma tente a été renversée; tous les cordages qui la tenaient ont été rompus; mes enfants sont sortis de mon encense, et ils n'y sont plus; il n'y a plus personne pour dresser ma tente ni pour en élever les courtines;

21. Quia stultè egerunt pastores, et Dominum non quesierunt: propterea non intellexerunt, et omnis grex eorum dispersus est.

22. Vox auditiõis ecce venit, et commotio magna de terrâ aquilonis: ut ponat civitates Juda solitudinem, et habitaculum draconum.

23. Scio, Domine, quia non est hominis via ejus: nec viri est ut ambulat, et dirigat gressus suos.

24. Corrippe me, Domine, verumtamen in judicio, et non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.

25. Effunde indignationem tuam super gentes quæ non cogoverunt te, et super provincias quæ nomen tuum non invocaverunt: quia comederunt Jacob, et devoraverunt eum, et consumperunt illum, et decus ejus dissipaverunt.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Audite verbum quod locutus est Dominus super vos, domus Israel. — 2. Sic dixit Dominus: Viam gentium non discatis: et à signis cœli ne metamini, sed metant gentes ab eis: — 3. Quia statuta populorum idolum est: quia lignum de sylâ præcidit illud faber, opus manuum artificis ascia. — 4. Argento et auro decoravit illud: clavis et malleis firmavit illud, nec cadat. — 5. Sicut palma æqualis sunt, et non loquuntur: portando portabantur, quia non incedunt: ne timeatis ab illis, quia non malefaciunt, nec etiã beneficerè penes eos est. — 6. Non est sicut tu, Domine: magnus es, et magnum nomen tuum in fortitudine. — 7. Quis non timebit te, rex gentium? quia tibi convenit regnum: quia intror omnes sapientes gentium, et inter omnia regna eorum non est sicut tu. — 8. Et simul desipient et stultè agent: eruditio vanitatum lignum est. — 9. Argentum extensum de Tharsis affertur, et aurum de Uphaz: opus artificis, et manuum aurificis: hyacinthus et purpura indumentum eorum: opus sapientum universa sunt. — 10. Dominus autem Deus veritas est: ipse Deus vivens, et rex æternus, at irâ ejus contremiscent terra et non sustinebunt gentes indignationem ejus. — 11. Sic dicitis eis: Dii, qui cœlum et terram non fecerunt, perant è terrâ, et de sub cœlis istis. — 12. Qui faciunt terram potentia suâ, qui stabiliunt orbem sapientia suâ, et prudentia sua extendit cœlos. — 13. Qui voce suâ dat multitudinem aquarum in cœlo, qui ascendere facit nubes ab extremo terræ: fulgura cum pluvia facit et educit ventum de thesauris suis. — 14. Ut brutum effectus est omnis homo inscitia, pudore affectus est omnis aurifex à sculptili: quia mendacium est confabulatio ejus, et non est spiritus in eo. — 15. Vanitas sunt, opus irrisionum: in tempore visitationis eorum peribunt. — 16. Non est sicut hæc pars Iacob: quia plasmatior omnium ipse est: et Israel virga hæreditatis ejus: Dominus exercituum nomen ejus. — 17. Congrega de terrâ merces tuas, quæ habitas in loco munito. — 18. Quoniam sic dixit Dominus: Ecce ut fundâ proiciam habitatores terræ viçæ hæ: et affligam eos ut inveniant. — 19. Væ mihi super contritione meâ, doloris plena est plaga mea. Ego cogitabam: profectò hæc infirmitas mea, et portabo eam. — 20. Tabernaculum meum vastatum est, et omnes funiculi meî disrupti sunt, filii mei egressi sunt à me, et non sunt: non est qui extendat ultra tentorium meum, et qui erigat corinias meas. — 21. Quia ut bruta effecti sunt pastores, et Dominum non quesierunt: propterea non intellexerunt, et omnis grex eorum dispersus est. — 22. Vox auditiõis ecce venit, et commotio magna de terrâ aquilonis: ut ponat civitates lebudah in solitudinem, in habitaculum draconum. — 23. Novi, Domine, quod non est hominis via ejus: nec est viri ambulantis ut præparet gressum tuum. — 24. Corrippe me, Domine, verumtamen in judicio: non in furore tuo, ne fortè diminuerè facias me. — 25. Effunde indignationem tuam super gentes quæ non cogoverunt te, et super nationes quæ nomen tuum non invocaverunt: quia comederunt Iacob et devoraverunt eum, et consumperunt eum, et habitaculum ejus desolare fecerunt.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — SUPER vos (1), de vobis, proptè res vos.

VERS. 2. — VIAM, ritum, vel, mores. Conatur revo-

(1) Phrasim quod locutus est Jova, sive veritatem ad vos, sive super, de vobis, porrius est: potest utroque modo verti, et utriusque hic rectè locus datur. Venena. O domus Israel! Proprie Israel de decem tribubus à jam dudum antea in captivitate Assyriacâ abduci etis accipio, existimoque, prophetam; ut jam, cap. 5, 12, fecerat, exules Assyrios hic alloqui, eosque monere, ne superstitionibus gentium se adnecterent. J. D. Michaels. Ad exules in peregrinis terris directam hanc parænesin ad crediti, sic, qui filium Jeremiam epistolam ad Iudeos in Babylonia

21. Car les pasteurs ont agi d'une manière insensée; ils n'ont point cherché le Seigneur; c'est pourquoi ils ont été sans intelligence, et tout leur troupeau a été dispersé.

22. Déjà un grand bruit s'entend de loin; un tumulte effroyable vient de la terre de l'aquilon pour réduire les villes de Juda en un désert, et les rendre la demeure des dragons.

23. Seigneur, je sais que la voix de l'homme ne dépend point de l'homme, et que l'homme ne marche point et ne conduit point ses pas par lui-même.

24. Châtiez-moi, Seigneur; mais que ce soit dans votre justice, et non pas dans votre fureur, de peur que vous ne me réduisiez au néant.

25. Répandez votre indignation sur les nations qui ne vous connaissent point et sur les provinces qui n'ont point invoqué votre nom, parce qu'elles se sont acharnées sur Jacob, qu'elles l'ont dévoré entièrement, qu'elles l'ont consumé, et qu'elles ont détruit tout ce qu'il avait de beau.

1. Audite verbum quod locutus est Dominus super vos, domus Israel. — 2. Sic dixit Dominus: Viam gentium non discatis: et à signis cœli ne metamini, sed metant gentes ab eis: — 3. Quia statuta populorum idolum est: quia lignum de sylâ præcidit illud faber, opus manuum artificis ascia. — 4. Argento et auro decoravit illud: clavis et malleis firmavit illud, nec cadat. — 5. Sicut palma æqualis sunt, et non loquuntur: portando portabantur, quia non incedunt: ne timeatis ab illis, quia non malefaciunt, nec etiã beneficerè penes eos est. — 6. Non est sicut tu, Domine: magnus es, et magnum nomen tuum in fortitudine. — 7. Quis non timebit te, rex gentium? quia tibi convenit regnum: quia intror omnes sapientes gentium, et inter omnia regna eorum non est sicut tu. — 8. Et simul desipient et stultè agent: eruditio vanitatum lignum est. — 9. Argentum extensum de Tharsis affertur, et aurum de Uphaz: opus artificis, et manuum aurificis: hyacinthus et purpura indumentum eorum: opus sapientum universa sunt. — 10. Dominus autem Deus veritas est: ipse Deus vivens, et rex æternus, at irâ ejus contremiscent terra et non sustinebunt gentes indignationem ejus. — 11. Sic dicitis eis: Dii, qui cœlum et terram non fecerunt, perant è terrâ, et de sub cœlis istis. — 12. Qui faciunt terram potentia suâ, qui stabiliunt orbem sapientia suâ, et prudentia sua extendit cœlos. — 13. Qui voce suâ dat multitudinem aquarum in cœlo, qui ascendere facit nubes ab extremo terræ: fulgura cum pluvia facit et educit ventum de thesauris suis. — 14. Ut brutum effectus est omnis homo inscitia, pudore affectus est omnis aurifex à sculptili: quia mendacium est confabulatio ejus, et non est spiritus in eo. — 15. Vanitas sunt, opus irrisionum: in tempore visitationis eorum peribunt. — 16. Non est sicut hæc pars Iacob: quia plasmatior omnium ipse est: et Israel virga hæreditatis ejus: Dominus exercituum nomen ejus. — 17. Congrega de terrâ merces tuas, quæ habitas in loco munito. — 18. Quoniam sic dixit Dominus: Ecce ut fundâ proiciam habitatores terræ viçæ hæ: et affligam eos ut inveniant. — 19. Væ mihi super contritione meâ, doloris plena est plaga mea. Ego cogitabam: profectò hæc infirmitas mea, et portabo eam. — 20. Tabernaculum meum vastatum est, et omnes funiculi meî disrupti sunt, filii mei egressi sunt à me, et non sunt: non est qui extendat ultra tentorium meum, et qui erigat corinias meas. — 21. Quia ut bruta effecti sunt pastores, et Dominum non quesierunt: propterea non intellexerunt, et omnis grex eorum dispersus est. — 22. Vox auditiõis ecce venit, et commotio magna de terrâ aquilonis: ut ponat civitates lebudah in solitudinem, in habitaculum draconum. — 23. Novi, Domine, quod non est hominis via ejus: nec est viri ambulantis ut præparet gressum tuum. — 24. Corrippe me, Domine, verumtamen in judicio: non in furore tuo, ne fortè diminuerè facias me. — 25. Effunde indignationem tuam super gentes quæ non cogoverunt te, et super nationes quæ nomen tuum non invocaverunt: quia comederunt Iacob et devoraverunt eum, et consumperunt eum, et habitaculum ejus desolare fecerunt.

care Israelitas ab idololatriâ qui erant dediti. Scis, vel, prodigiis, id est, nolite vobis tribuere signis quæ apparent in cœlo: propterea deos in speciem solis, lune, et stellarum deformare, et illos colere. Vox hebræa othoth significat portenta quæ apparent in cœlo, ut dracones, cometa, et alia. (Eclipses addit clericus.) Astrologie non audiendum, neque constellationum niam deportandos, quæ legitur in fine libri apocriphi Baruchi (cap. 6), concinnavit. In ea enim quæ in Hebræâ hæc percipit concisè et nervosè dicuntur, multis verbis exaggerata et rhetorice more amplificata legitur. (Rosenmuller.)

quidquam tribuendum esse docet. (Imò ab idololatriâ revocatur.)

VERS. 5. — STATUTA. (Id est idolum originem habet ab institutis populorum. STATUTA: leges, ceremonie, ritus). QUIA LIGNUM, etc., quia (non est nisi) lignum quod excidit de sylâ statuarius, opus manuum artificis dolatum ascia (per appositionem, vid. Sap. 13, 41; Isai. 44, 12; Baruch, 6, 7) (1).

VERS. 5. — ÆQUALIS SUNT. Hebr. æqualitatis, vel rectitudinis, id est, æquabilia sunt et recta idola (vel potius rigentia: quippe primæ statuæ à capite ad pedes instar trunci rigebant, absque ullo oculorum, oris, manuum, pedum, etc., motu. Calmet.) Vel construuntur è lignis rectis et æqualibus, imitantur proccritate palmam arborem. INCEDUNT: incedere possunt. PENES EOS EST, adverbium cum eis.

VERS. 6. — NON EST, etc., antithesis, omnia potes, idola nihil. IN FORTITUDE, vel, ob potentiam et fortitudinem.

VERS. 7. — TIMEBIT TE, timeat. CONVENIT (2), subauditur regnum sive monarchia. Chaldaice paraphr., Regnum est tuum.

VERS. 8. — STULT, vel, in stultè hæc re, nempe idololatriâ. DESIPIENT ET STULTÈ AGENT; vel, desipiunt planè. ERUDITIO (3), etc., et eruditio vana lignum est. Per lignum intelligi omnem materiam è qua idola construuntur, q. d.: Qui docent adoranda esse simulacra,

(1) LEGES POPULORUM VARIE SUNT. Ritus intellige. LIGNUM DE SALTU PRÆCIDIT OPUS MANUUM ARTIFICIS IN ASCIA. Sensus est, excidituri è saltu lignum quod deinde id opus manuum artificis utentis ascia:

Materiam superabat opus, idè autem sermone de simulacris conjungit cum sermone de astris, quod gentium illarum in oriente simulacra plerique solem, lunam, saturnum, venerem, aut astrum aliud referrent, et quidem cum eâ hominum opinione, ut crederent deductum magicis quibusdam ritibus spiritum ab astris in simulacris morari, atque ibi vim suam exserere: hanc illa simulacra venerantur. Est autem hic locus de simulacris expressus ex duobus Isaiæ 40, 20; 44, 19, et sequentibus. Nihil omittit quæ auctoritatem demat simulacris. Materia; lignum exanimè; opifex, homo mortalis, victis indigens; instrumenta ascia, clavi, mallei.

(2) QUIS NON TIMEBIT? Quasi dicat, nullus est, qui te non debeat timere.

TUM EST ENIM DEUS, id est, honor debetur tibi ab hominibus. In Hebræo habetur: Quia tibi venit, et subintelligitur, quicumque sapientis ad te honorantur, et sic eadem sententia, sed translator posuit claritas, transferens sensum ex sensu, et non verbum de verbo.

INTER CUNCTOS SAPIENTES GENTIUM. Apud omnes enim gentes, sapientes seu philosophi posuerunt anam causam primam hominum presidentem, et illam dixerunt esse Deum deorum, et illam præ cæteris honoraverunt. Verumtamen cum vulgaribus hominibus ut communiter adorabant idola in templis. Idè subditur.

(3) PARITER DESIPIENTES ET FATI. Quasi dicat, facile est probare et convincere eos esse fatuos, ex eo quod doctrina vanitatis eorum lignum est.

DOCTRINA VANITATIS FORUM LIGNUM EST. Quia scilicet docent idola lignea esse deos, quod vanissimum est et stultissimum, vel, sensus est: lignum ipsum, ex quo formant idola, quibus supplèant, satis ostendit doctrinam eorum vanam esse. (Mœnochius.)

planè desipiunt. (Vel, corripit idolorum est lignum ex quo facta sunt.)

VERS. 9. — EXTENSUM. Argumentum argenti optimi est quod malleo facit diducatur in laminas, ac si dicat, queritur aurum optimum idoli causâ. DE THARSIS. (Vid. 1 Reg., 10; 22. DE THARSIS, id est, ex Africa.) DE UPHAZ, id est, de Ophir. (Vid. 1 Reg., 9, 28.) OPUS (1) 4, etc., opus sunt artificis, et manuum confectoris. SAPIENTUM, peritissimorum artificum.

VERS. 11. — SIC DICETIS EIS; sub: Cum eritis captivi in Babylone, et hortati fuerint vos Babyloni ad cultum idolorum, sic dicitis eis. (Chaldaicè scriptus est hic versus, ut qui in Chaldaicè versabantur, Chaldaicè melius scientes quam Hebræicè, rem aliis memorie infingerent; Clericus.) PERANT È TERRA (2), vel, tollantur.

(1) DE THARSIS AFFERTUR, id est, ex Africa. Chaldaicè interpretatur, ut Isai. 25, 1: Et aurum de Ophir. Alii non putant nomen esse loci, sed purissimè auri, quod et obrutum appellatur; in quibus et Hieronymus est, qui hoc unum è septem puri auri nominibus esse dicit. Sed eos præpositio hebræica redarguit, quæ indicat nomen esse loci עֹפְרַיִם est Ophaz. Est igitur Ophaz, quantum conjecturâ assequi possumus, eadem regio quæ Ophir, quæ, ut videtur Josephus sentire, erat aurea Chersonesus. Sept. ex præpositione et nomine unam dictionem fecerunt: Opus artificum universa hæc; ac si dicat, nihil penitus in idolis est, quod non sit manibus artificum factum; sive ipsam substantiam, sive externa ornamenta considerent. (Maldonat.)

(2) Vos leur parler de la sorte. Que les dieux qui n'ont point fait le ciel et la terre périssent sous le ciel, et soient exterminés de la terre. Les Pères entendent ceci de l'ordre que Dieu donna aux Israélites, de reconnaître dès lors le néant des fausses divinités, et de leur dire en prononçant une malediction contre elles: Que ceux qui n'ayant point créé le ciel et la terre, voulaient être reconnus pour dieux, devaient périr, non dans le ciel où ils n'étaient pas, mais dessous le ciel, et être exterminés de la terre: Parce que, comme dit un ancien Père, c'est le propre du vrai Dieu d'avoir créé toutes choses, et de n'avoir point été lui-même créé; et qu'ainsi s'il avait été véritable, comme les Ariens osaient le dire, que le Fils de Dieu eût été créé, il n'aurait point été Dieu; mais qu'étant véritablement le Créateur de tout l'univers, il était Dieu véritablement.

Tous les nouveaux Interprètes expliquent ceci d'une autre manière, et croient que ce n'est pas aux idoles, mais plutôt aux adoreurs des idoles, c'est-à-dire aux Babyloniens, que Dieu voulait qu'Israël parlât de la sorte. Selon ce sens, c'est de même que s'il leur eût dit: Lorsque ces peuples idolâtres vous auront emmenés captifs, et qu'ils vous exhortent à adorer leurs idoles, vous leur direz: Que les dieux qui n'ont point créé le ciel et la terre ne méritent point d'être adorés; mais qu'ils périront et seront exterminés. Ainsi, quoique Dieu, très-justement irrité contre son peuple, eût résolu de le punir avec rigueur et en le chassant du pays qu'il avait donné à ses pères, et en le faisant enlever par des Barbares, il ne voulait pas néanmoins, comme il le marque en divers endroits, l'exterminer entièrement. Il fallait que les prophéties s'accomplissent, que le Sauveur de l'univers naquît du milieu de ce peuple, et qu'il reçût les premiers l'Évangile de Jésus-Christ. C'est pourquoi, dans le temps même qu'il est près de faire éclater sa fureur contre eux; il ne laisse pas de prendre soin de leur foi, et d'empêcher que cette divine semence ne soit tout à fait étouffée dans Israël. (Sacy.)

15. Secundum numerum enim civitatum tuarum, erant dii tui, Juda : et secundum numerum viarum Jerusalem, posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.

14. Tu ergo noli orare pro populo hoc, et ne assumas pro eis laudem et orationem : quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.

15. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa ? numquid carnes sanctae auferant à te malitias tuas, in quibus gloriosa es ?

16. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocavi Dominus nomen tuum : ad vocem loquela, grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fructa ejus.

17. Et Dominus exercituum qui plantavit te, locutus est super te malum, pro malis domus Israel et domus Juda, quae fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim.

18. Tu autem, Domine, demonstrasti mihi, et cognovi, tunc ostendisti mihi studia eorum.

19. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam : et non cognovi, quia cogitaverunt super me consilia, dicentes : Militamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viventium, et nomen ejus non memoretur amplius.

20. Tu autem, Domine Sabaoth, qui judicas justie, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam.

21. Propterea haec dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quaerunt animam tuam, et dicunt : Non prophetabis in nomine Domini, et non morieris in manibus nostris.

22. Propterea haec dicit Dominus exercituum : Ecce ego visitabo super eos : juvenes morientur in gladio, filii eorum et filiae eorum morientur in fame.

25. Et reliquiae non erunt ex eis : inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

TRANSLATIO EX HEBRAEO.

1. Verbum quod fuit ad Irnelahu à Domino dicendo : — 2. Audite verba pacti hujus, et loquimini ad viros Iehudah, et ad habitatores Jerusalem. — 5. Et dicis ad eos : Sic dicit Dominus Deus Israel : Maledictus vir ille, qui non paruerit verbis pacti hujus. — 4. Quod praecepi patribus vestris in die qua eduxi eos à terra Aegypti, è fornace ferrata, dicendo : Audite vocem meam, et facite ea juxta omnia quae praecepero vobis, et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deus. — 5. Ut statuum juramentum quod juravi patribus vestris, ut darem eis terram fluentem lacte et melle, secundum diem hanc. Et respondi, et dixi : Amen, Domine. — 6. Et dixit Dominus ad me : Clama omnia verba haec in civitatibus Iehudah, et in plateis Jerusalem, dicendo : Audite verba pacti hujus, et facite ea : — 7. Quia contestando contestatus sum patres vestros in die qua ascenderet feci eos à terra Aegypti usque ad diem hanc : manè surgendo et contestando, dicendo : Audite vocem meam : — 8. Et non paruerunt, nec inclinaverunt aurem suam : sed abierunt unusquisque in iudicium cordis sui mali : et induxi super eos omnia verba pacti hujus, quod praecepi ut facerent, et non fecerunt. — 9. Et dixit Dominus ad me : Inventa est conjuratio in viro Iehudah, et in habitatoribus Jerusalem. — 10. Reversi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum, qui renuerunt obtemperare verbis meis : et hi abierunt post deos alienos : ut servient eis : dissipaverunt domus Israel, et domus Iehudah pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum. — 11. Quamobrem sic dicit Dominus : Ecce induco super eos malum, de quo non poterunt exire : et clamabant ad me, et non exaudiam eos. — 12. Et ibunt civitates Iehudah, et habitatores Jerusalem, et clamabant ad deos, quibus ipsi suffragantur, et servando non servabunt eos in tempore mali eorum. — 15. Quia secundum numerum civitatum tuarum fuerunt dii tui, Iehudah : et secundum numerum platearum, Jerusalem, posuisti aras

15. Car pour vous, ô Juda, vous avez en autant de dieux différents que de villes ; et pour vous, ô Jérusalem, vous n'avez point eu de rue qui n'eût son autel de confusion, son autel pour sacrifier à Baal.

14. Vous donc, ô Jérémie, n'entreprenex point d'intercéder pour ce peuple ; ne me conjurez point, et ne me priez point pour eux, parce que je ne les écouterai point au temps où ils écrieront vers moi, au temps où ils seront le plus affligés.

15. D'où vient que mon bien-aimé à commis plusieurs crimes dans ma maison ? La chair sainte des victimes où vous avez mis votre gloire vous purifiera-t-elle de votre malice ?

16. Le Seigneur vous avait établi comme un olivier fertile, très-beau à la vue et chargé de fruits ; mais, au bruit de sa parole, un grand feu s'est mis dans cet arbre, et toutes ses branches ont été brûlées.

17. Le Seigneur des armées qui vous avait planté a prononcé cet arrêt contre vous, à cause des maux que la maison d'Israël et la maison de Juda ont commis pour m'irriter, en sacrifiant à Baal.

18. Mais vous m'avez fait voir, Seigneur, quelles sont leurs pensées, et je les ai reconnues ; vous m'avez découvert leurs mauvais desseins.

19. Pour moi, j'étais comme un agneau plein de douceur, qu'on porte pour en faire une victime, et je n'avais point su les entreprises qu'ils avaient formées contre moi, en disant : Mettons du bois dans son pain, exterminons-le de la terre des vivants, et que son nom soit effacé de la mémoire des hommes.

20. Mais vous, Seigneur des armées, qui jugez selon l'équité, qui sondez les reins et les cœurs, faites-moi voir les vengeances que vous devez prendre d'eux, parce que j'ai remis entre vos mains la justice de ma cause.

21. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur aux habitants d'Anathoth, qui cherchent à m'ôter la vie, et qui disent : Ne prophétisez point au nom du Seigneur, de peur que vous ne mouriez de notre main.

22. Voici donc ce que dit le Seigneur des armées : Je visiterai les habitants d'Anathoth ; les jeunes gens mourront par l'épée, leurs fils et leurs filles mourront de faim ;

25. Et il ne restera rien d'eux, parce que je ferai fondre le mal sur les habitants d'Anathoth, au temps destiné à leur châtiement.

confusionis, aras ad suffundendum Baal. — 14. Tu autem ne ores pro populo hoc, et ne assumas pro eis clamorem et orationem : quia non exaudiam in tempore clamaverint ad me super malo suo. — 15. Quid est dilecto meo *ulra* in domo mea cum fecerit abominationem cum multis ? et carnes sanctitatis transibunt à te : quia in malitia tua tunc exultasti. — 16. Olivam viridem, pulchram, fructu formoso vocavi Dominus nomen tuum : ad vocem loquela grandis suscitavit ignem super eam, et confregerunt ramos ejus. — 17. Et Dominus exercituum qui plantavit te, locutus est super te malum : propter malum domus Israel et domus Iehudah quod fecerunt sibi ad irritandum me, sacrificando Baal. — 18. Dominus autem scire fecit me, et scivi : et videri fecisti me opera eorum. — 19. Et ego *eram* tanquam agnus, et tanquam locus qui deciderat ad jugulandum : et non cognovi quod contra me cogitaverunt cogitationes : corrumpamus ligno cibum ejus, et excidamus eum à terra viventium, et nomen ejus non memoretur amplius. — 20. Sed Domine exercituum, qui judicas justè, qui probas renes et cor, videam ultionem tuam de eis : tibi enim revelavi causam meam. — 21. Propterea dicit Dominus de viris Anathoth, qui quaerunt animam tuam, dicendo : Ne vaticineris in nomine Domini, et non morieris in manu nostra. — 22. Propterea sic dicit Dominus exercituum : Ecce visito eos : juvenes morientur gladio, filii eorum et filiae eorum morientur fame. — 25. Et residuum non erit eis : inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — AUDITE. Alloquitur Jeremiam et alios prophetas (2).

VERS. 5. — PARUERIT (ad verbum *audierit*), id est, obedierit), verbum non solum ad aures, sed etiam ad manus pertinet : nam continet auditum cum actione sive effectu et perfectione praecepti. Integra locutio sequenti versu et 6, legitur : *Audite verba foderis hujus, et facite illa*. VERSUS, id est, conditionibus. PACTI MEI, quod scilicet vobiscum instaurato.

VERS. 4. — PRAECEPTI, mandavi observandum. E FORNACE FERREA (5). Regionem Aegypti *fornacem ferream* vocat, quod in ea probati fuerant probatione durissimà, et in qua durissimum et gravissimum servitutum servierant. (Vid. Deut. 4, 20.) ET FACITE EA, sub.

(1) VERBUM, QUOD FACTUM EST A DOMINO AD JEREMIAM. Haberi potest haec concio cum pars superioris, quam Propheta in templi aditu ad populum habuit. Id hoc loco innotuit vers. 15. Vel, Jeremiam allocutus est Deus, quo tempore Josias populum in templo Hierosolymae coegit, ut foedus cum Domino instauraret. (Calmet.)

(2) AUDITE VERBA PACTI MEI. Loquitur de federe quod Dominus percussit cum patribus eorum Deut. 28, quando eduxerat eos de Aegypto. Superiorem prophetiam produxit Propheta in porta templi, magna libertate tenens : hanc à Domino admonitus accipit in natali suo loco Anathoth, qui tribus milibus passuum distat à Jerusalem. Et videbis verum quod Dominus dicit, nullum prophetam in patria acceptum esse : querebant enim eum interficere, in quo typum gerit Christi. Sed quomodo quadrat verbum factum ad Jeremiam, cum sequatur : *Audite, et loquimini* ? Ut scias Spiritum et aliis locutum, tamen sic praeceptum fuerit Jeremias. Videbant enim eodem tempore Sophonias et alii. (Clavius.)

(3) EDUXI EOS, etc., DE FORNACE FERREA, id est, de servitute durissimà, qua quasi camino ferri ignito in dejectione laterum in Aegypto urabantur et affligebantur ; ita S. Hieron. Solent enim servi et pauperes vilesque homines in fornacibus, ubi ferrum funditur, laborare, sudare et aestare, uti videtur est Leodii, et in Ardania. Unde Genes. 18, 27, Abrahæ haec servitus praesignificata fuit per cibumum figurantem.

Tropolog. : Eadem tribulationis fornax, probis et martyribus, ut tribus pueris in Babylone, est aurea, Sap. 3, 6, improbis est ferrea ; ita S. Ambros. in psalm. 118, serm. 20. (Corn. à Lap.)

(verba, è v. 5.) JUXTA OMNIA, etc., prorsus ut praecepi. IN POPULUM (1). (Vid. Ps. 20, 2.)

VERS. 5. — UT STATUAM, etc., id est, praestem promissionem quam jurjurando confirmavi. SECUNDUM DIEM HANC, sicut hodie, id est, qualis adhuc hodie est, sive qualem videbis hodie. AMEN, id est, veritas sit hoc : ita fiat ut dicis. (Vid. Ps. 41, 24.) Refertur ad illud : *Maledictus vir qui*, etc. (2).

VERS. 7. — CONTESTANDO CONTESTATUS SUM, vel, *adhibitis testibus admomi*. USQUE AD DIEM HANC, subaudiendum nonnihil, hoc pacto, et sic in *singulari otialibus usque in hanc diem*. MANE SURGENDO (vid. infr. 25, 5, 4.)

VERS. 8. — INCLINAVERUNT VEL, *accommodarunt*, sub. *voci meae*. OMNIA VERBA, id est, omnes maledictiones in hoc federe adscriptas.

VERS. 9. — CONJURATIO (5). Queritur Deus de defectione Judaeorum, q. d. : *Judei, facta conjuratione, à me defecerunt*. Videtur alludere ad tempora Josiae ;

(1) AUDITE VOCEM MEAM, ET FACITE OMNIA QUAE EGO PRAECEPIO VOBIS, ET ERITIS MIHI IN POPULUM, ET EGO ERO VOBIS IN DEUM. Ex his verbis manifestum est eum recedere à pacto qui non servat omnia etiam si quaedam servet. Unde et in lege scriptum est : *Maledictus homo qui non perseveraverit in omnibus quae scripta sunt in libro legis, citante Apostolo ad Galat. 3*. Istud admonendum putavi ne quis existimet maledictum legis ad eos tantum pertinere, qui legem sic penitus abiecerunt ut nihil ejus observent ; secundum quorum sententiam non erit maledictus qui illa colla : modo honorum parentes et non foretur. (Estius.)

(2) VOCIFERARE... IN CIVITATIBUS JUDA, ET FORIS JERUSALEM. HEBRAEUS : *Legi, seu vociferare, omnia verba haec in civitatibus Juda, et in plateis Jerusalem*. Quae verba ita intelligi possunt : *Legi, seu palam praedica, quae mox tibi dixi in templi foribus, quo omnes urbium Judo cives conveniunt. Ea in compitis forisque Hierosolymae pro concione eloquere, ne quis ignoret*. (Calmet.)

(3) ABIERUNT UNUSQUISQUE IN PRIVATITATE CORDIS SUI MALI. Secuti sunt lubita prava.

ET INDUXI SUPER EOS, *inducam certis*. OMNIA VERBA PACTI MEI, id est, omnes illas (dixas) sive *mnas* quas habebimus Deut. 27, 28, 29, 32. Adde egregium Pülouis Judaei librum (*de Praemio et Pavis*).

quo mortuo Judei redierunt ad idola sub Joacim (1).

VERS. 11. — EXIRE (2); eximere se.

VERS. 12. — CIVITATES (3), vel viri urbium.

VERS. 13. — CONFUSIONIS (4), id est, idolorum, quorum vos pudere debent. Alii vertunt, in confusionem (suo ignominiam vestram).

VERS. 14. — TE AUTEM (3). (Vid. sup. 7, 16.) Super malo suo, pro calamitatibus suis.

(1) Hebr. : *Inventa est conjuratio in viro*, id est, in viris Judæarum, et in incolis Hierosolymæ יְהוּדָא, quod proprie colligationem denotat, in V. T. libris constanter sensu malo de hominum malorum consensu, conspiratione dicitur. Hieronymus : « Pro conjuratione quam nos juxta Symmachum interpretati sumus, et Aquila, et Septuaginta et Theodotus *επιερα* transulerunt, quam nos colligationem possumus dicere. Unde et Athalia, cum in templo sibi parati insidias deprehendisset, eodem verbo locuta est 2 Reg. c. (11, 14) : *Conjuratio, conjuratio*. Proprie autem hoc verbo Scriptura abutitur, quando non subito fortitque peccato, sed paratis insidiis et conjuratione, et tenditur ad delictum, et pari mente inique studio e id agunt, ut Dei mandata contemnant. » (Quod verò hic dicitur, *inventam esse conjurationem*, haud obscure indicat, verè observante Ghislerio, impiorum, de quibus hic sermo est, secretissimam agendi rationem, et metum, ne detegantur. « Hoc certè illud est, quod hic significatio Jeremie voluit Deus, viros Juda et habitatores Jerusalem in ipso tempore, quo sub sanctissimo rege aretibus in fide, vorare in cultu, et in legis observantia apparebant ut suo peculiari Deo obstricti; occulte nihilominus pro optimi Josie regis metu simul convenisse, et secreta conspiratione facta conjurasse, ut et à Deo deficerent, et illius est medio tollerent cultum, quam priusum liberè sibi agendi exhibita esset opportunitas. » (Ros.)

(2) CLAMABANT AD ME, ET NON EXAUDIAM EOS. « In malis opprimii eos patiar, antequam vindicem in libertatem. Clamabant dñi, antequam exaudiam. Homines sincero fervidoque animo supplicantes audire, nunquam non paratus est Deus : at ubi dñi ipse neglectus fuerit, dñi rogari se patiar. Neque idcirco animis despondendum est, aut imitandum Saulis exemplum, sagan feminam ac diabolum vocantis, ubi sese à Deo non exaudiri sensit, aut Judoorum, qui calamitatibus oppressi, insanis numinibus supplicare : Et clamabant ad deos... et non salvabant eos. » (Calmet.)

(3) ET CLAMABANT AD EOS. Misor LYTHAMU id etiam legere hominem Hebræum, neque vitium scriptiois animadvertisse. Manifestum enim est apostrophum interpretè vertisse ad Deos, sicut et apud Hebræos, et legit Septuaginta, et in emendatis codicibus Latinis legitur.

(4) SECUNDUM NUMERUM, etc. Repetitur ex Jerem. 2, 18, Grotius, *Confusio*, id est, pendulo idolo, nempe Baali, ut sequitur (Piscator) : *In confusionem, vel ?* Dei cui hæc altaria opposuerunt : quod tamen coactus videtur, vel potius 2° vobis ; q. d., que cedent vobis in opprobrium et pudorem. Ad THURIFICANDAM. At si colebant omnes Baal, quomodo exprobrat eis deorum turbam ? Resp. Nomen Baal (quod prosumum esse, et omnibus idiomis commune, abundè constat), synecdochice hic comprehendit omnes illos deos qui suis etiam nominibus distinctè vocabantur. Quid aliud est Baal quam patronus, vel mediator, vel deus inferior, qui concelebrat gratiam apud summum deum ? Quod autem propheta hic reprehendit (turbam scilicet deorum), videmus quotidie usurvari : nam ubi à cultu Dei declinant homines, nullus est finis, sed error ex errore nascitur, etc., donec se proicerent in labyrinthum unde nullus est exitus. (Calvinus.)

(5) TU ERGO NOLI ORARE PRO POPULO HOC, ET NE

VERS. 15. — Quid est dilectio, etc. Queritur hic propheta de idololatriâ suorum popularium. Quid causa est cur diutius habitet Dominus, quem *quæc diligo*, in templo Jerosolymorum, quod pro templo Dei habeo ? (Vel *Quid dilectio* meo prophete in domo meâ, sive ut pro his oret, sive ut eos doceat : ita ut verba Dei sint, Synopsis.) CUM FECERIT, etc., ad verbum, *facere ipsa*. Relativum pro antecedente ; *cum faciat* (ipsa sub. *Jerusalem*) vel *synagoga*, etc. Cum MULTIS, id est colendo multos dcos. (Pagninus refert ad abominationem, sed obstant numerus et genus.) ET CARNES SANCTITATIS (id est sanctæ ; vel), et *carnes sanctuariorum transierint à te*, sub. ò Jerusalem, id est cum negligas sacrificia à te fieri solita in templo. Transit à tertia personâ ad secundam. Alii per *carnes* intelligunt

ASSUMAS PRO EIS LAUDEM ET ORATIONEM, QUIA NON EXAUDIAM IN TEMPORE CLAMORIS EORUM ad me. Laudem intelligit Hieronym. quâ Dei clementia laudatur, commemoratione beneficiorum priorum ; ut per hoc impetretur misericordia in præsentis afflictione. Nam omnis oratio ferè laudem aliquam Dei habet conjunctam : velut cum dicitur : *omnipotens et misericors Deus ; laudatur potentia et bonitas Dei. Pro laude*, alii vertunt, *clamorem*. Vox Hebræa significat clamorem, aliquando laudis, aliquando mororis, seu lamentationis. Sed quare prohibetur propheta pro eis orare ? Ipse Dominus respondet : *Quia non exaudiam*, frustra enim orat, qui certus est non eandem iri. Sciendum autem loqui Dominum de afflictione temporalis, non de penis æternis. Nam teneum omnem hominem diligere, id est, salutem æternam ejus optare, quamdiu nobis non constat per revelationem de contrariâ Dei voluntate ; quo casu talis homo desineret esse proximus. Adii autem Hieron. : Ex his vobis discimus, frustra aliquem rogare pro alio, cum ille non meretur accipere, pro quo rogatur Deus. Quod similiter intelligendum est de afflictione temporalis. Videlicet, quia non est rogandus Deus, ut auferat ab aliquo virgam temporalem, nisi ille per penitentiam ostendat se aliquoque correctum. Alioqui, pro indignis etiam, sæpe rogat Ecclesia, ut Deus det eis penitentiam, respiret fidem, ut ex indignis dignos faciat, et ex rebellibus obedientes. (Esius.)

Vous donc, ô Jérémie, n'entreprenez point d'intercéder pour ce peuple... parce que je ne les écouterai point au temps... qu'ils seront le plus affligés.... Ces paroles ont été déjà expliquées. Mais parce que Dieu, en les répétant souvent dans ce livre, semble vouloir nous porter à y faire une réflexion toute particulière, nous ajouterons ici que le Seigneur, ayant résolu de punir son peuple parce que ses crimes énormes le méritaient, et que c'étoit par conséquent châtiement qu'il vouloit faire misericorde à plusieurs d'entre eux, il ne falloit pas que Jérémie s'opposât à un si grand bien ; car il s'agissoit de faire paraître la gloire de Dieu, et dans l'accomplissement des prophéties, et dans ces preuves éclatantes de sa justice, et dans la conversion de plusieurs pécheurs, qui avoient besoin de passer par la fournaise de fer de Babylone pour expier leur ingratitude envers le Seigneur, qui avoit tiré leur pérs de la *fournaise de fer de l'Egypte*, comme parle l'Écriture. On ne doit donc pas insérer de ce passage, qu'il y ait des gens si méchants, qu'il ne faille point prier pour eux, puisque tant qu'ils sont en cette vie, il y a lieu d'espérer que la grâce de Jésus-Christ, en effet, prie souvent pour les plus indignes, dans l'incertitude où elle est s'ils ne sont point du nombre de ceux qui se doivent convertir, et dans le désir qu'elle a que Dieu leur accorde la grâce d'une véritable conversion. (Sacy.)

gunt homines : juxta illud : *Omni caro fœnum*, id est, cum jam destituta sint viris sanctis. Juxta hanc interpretationem sunt verba prophete. Chaldeus paraph. de sanctis intelligit, ut sint verba Dei ; *Cur sancti mihi dilecti diutius versabuntur in templo Dei Jerosolymis*, etc.

VERS. 16. — VIRIDEM, vel, *viridem*. FRUCTU (ad verbum, *fructu formæ*. Vatablus) : *pulchram fructu et specie*, sive *statu*. q. d. : Cum olim serviebis Deo, felix eras, similis oleæ semper virenti : posthæc eris infelicissima propter idololatriam tuam. Succendit IGNEM, accendit Deus ignem contra illam, et frangit ramos ejus. Pronomen tertie personæ, pro secundæ, contra te, et ramos tuos. Ob idololatriam, inquit, tuam excitabitur contra te clamor militum Chaldeorum, qui urbem tuam incendio perdent.

VERS. 17. — Sini, id est, in suam perniciem. AD IRRITANDUM ME, ut me irritent.

VERS. 18. — DOMINUS AUTEM, etc. Dominus autem dicebat mihi (sub. insidias quas mihi parabant), et cognovi. Commendat et misericordiam Dei, qui suos in periculo non deserit. Prædicebam populo meo mala ipsi eventura, propterea voluit me prodere, sed cum in hoc periculo versarer, servavi me DOMINUS. OPERA EORUM, studia eorum, vel cogitationes.

VERS. 19. — DUCITUR (1), duci solet ad jugulandum,

(1) ET EGO QUASI AGNUS MANSUETUS, Hebr., *atluph*, id est, assuetus, mansuetus ; Chald., *electus* ; Septuag., *innocens* ; Syrus, *simplex* ; Arabicus, *aberrans*, vel *insaniens* ; sed incongrue. Potest sexto verti, *ego sicut agnus dux*, vel duxtor gregis, ut significetur Christus, qui omnes martyres exemplo suo antevit, eosque sua passione animavit ad fortiter appetendam pro Deo mortem, inquit Viegas in Apoc. 12, p. 516. Septimo Vatab. Pagninus et Kimeni vertunt, *Sicut agnus, et sicut bos ducitur ad victimam*, sic et ego. Jeremias ergo purus et mitis fuit quasi agnus, fuitque typus veri agni, qui tollit peccata mundi, scilicet Christi, qui fuit dux gregis Ecclesiæ, pro eaque immolatus est, ut docet Isaias, c. 53, 7.

Hinc Christus fuit agnus occisus ab origine mundi, præsignatus.

Primò, in sacrificio Abelis, qui obtulit primogenita ovium, id est agnos, Domino, ac proinde Deo placens ipsemet quasi agnus innocens, factus est victima Deo, cum à paritricâ Cain occisus, primus extitit orbis virgo et martyr.

Secundò, in arietate sive agno masculo, quem pro Isaac substituit et immolavit Abraham, Genes. 22, v. 12, sic enim in Christi passione, Judæi et tortoribus pro ditate surrogatâ, passa et immolata est humanitas.

Tertiò, in agno paschali, de quo fusc dixi, Exodi 12. Etenim *pascha nostrum immolatus est Christus*. Agnus redemptor oves, *Christus innocens Patri reconciliavit peccatores*.

Quartò, in jaci sacrificio. Quotidè enim Hebræi ex lege Exodi 25, 58, immolabant Deo tam manum respere agnum : et hoc est sacrificium matutinum et vespertinum, quod sæpe offert et reficatur David in Psalm., et Prophete ; ita Origen., Cyrill. et Eulym. in Joan., c. 1, 29.

Quintò, in aliis ovibus et agnis, qui ex lege omni festo offerendi erant.

Sextò, quia ab Isaiâ, c. 53, 7, et Jeremiâ hic Christus comparatur agno. Hinc Joannes Baptista demonstrans Judæis Christum, sive Messiam eis promissum : *Ecce, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Ubi Nota. Christus dicitur *agnus Dei*, quia à Deo, id

sive, ut jugulent illum. CORRUPAMUS, etc., ad verbum : *Corrupimus lignum in pane ejus*, pro, in ligno

est Dei jussu et voluntate Dei, pro hominum redemptione est immolatus, sicut vocatur sacrificium Abraham, quod Abraham obtulit Deo, sicut Theophyl., Euthym. et Maldon. Aut quia ipsemet deus est oblati et immolatus ; aut Dei, id est, divinus propter divinitatem, quae in ipso erat : aut, ut Clemens Alexandr., l. 1, Pedag. c. 5, et ex eo Toletus, quia pro vobis factus est puer, et infans Patris, pueros enim agnos vocamus. Verba Clementis sunt : *Quoniam Scriptura pueros et infantes agnos vocat, Deus qui est Verbum, qui propter nos homo factus est, qui nobis in omnibus assimilari volebat, vocavit agnum Dei, filium Dei, infantem Patris, q. d. : Christus est agnus Dei, id est, filius Dei. Agnus enim filium notat, sicut Genes. 49, catulus leonis dicitur, ut significetur mysticè filius Dei, quod multi antiqui annotantur : ita hic non ovem, non bovem, sed agnum vocat, ut hominem huic significet esse Filium Dei, non Patrem, non Spiritum sanctum. Porro, *infantem Patris*, à Clemente improprie dicitur : Christus enim aequalis Patri, eique coævus, non recitè dicitur infans Patris, quia Deus est. Nam quia homo est, recitè id de eo dici potest.*

Joannes Baptistam sequitur Joannes Evangelista, qui Christum identidem vocat agnum, mirèque vocis agni delectatur, adeo ut in Apocalypsi vigesies septies eum nuncupet agnum, ut videre est in Concordantiis Bibliorum. Hinc et S. Petrus, spectans Christi innocentiam, relemptos nos esse dicit *pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi*.

Ob hæc ergo agni de Christo figuras et prophetias, vetus fuit mos Christum depingendi agni specie, quem præcursor digito ostendit, ut docet synodus 6, habita in Trullo, can. 82, ubi et hunc morem retineri jubet, causante addit : *Ut per ipsam, ait (agnum), Verbi humanitatem mente comprehendentem, ad memoriam quoque ejus in carne conversationis, ejusque passionis, et subalteris nobis deducamus, ejusque que ex eo facta est mundi redemptionis*. Atque hinc usum Romanam et Latinam Ecclesiæ semper retinuit, licet Græci ob calumnias Iconoclastarum aliquando veterint Christum aliâ specie pingi quam humanâ. Romæ enim, et in aliis Ecclesiis Latinorum, in antiquis cæmeteriis et sepulchris, videre est Christum musico opere pictum et sculpturam quasi agnum : sed et ex cerâ sacrâ solius confici agnorum imagines in Ordine Romano à Gelasio collecto (ut constanter opinio est) ex antiquo ejus Ecclesiæ usu hæc habentur : *In eadem Dominicâ post Albem, id est, in octavâ Pasche, intra civitatem Romanam dantur agni cerâ ab archidiecano in Ecclesiâ post missam et communionem populo, etc. Hæc quidem antiquitas in Ecclesiâ Romanâ servata, nunquam postea intermissa, hæcenus perseveravit, ait Cardin. Baronius, anno Christi 692, pag. 914. Nota hic usum agnorum cererum benedictorum, quasi usitatum et antiquum laudari à Gelasio, qui vixit ante annum 1100, puta sub annum Christi 500. Nimirum, baptizati cum vestem candidam in baptismo acceptam deponabant Dominicâ in Albis, ejus loco accipiebant hunc agnum cererum à Pontifice benedictum, ut monerantur, agnum Christum, ejusque innocentiam baptismo acceptam, jugiter et præ oculis habere et conservare.*

Unde Sergius Papa anno Christi 701, statuit ut tempore Dominicæ corporis, *agni, qui talis peccata mundi, miserere nobis, à clero et populo decantatur*, ait Anastasius Bibliothecarius et ex eo Baronius. Ita nimirum voluit Ecclesiæ agni hujus ideam, memoriam, amorem, cultum et innocentiam jugiter nobis obijcere.

Denique tropolog. per hanc agni speciem, significavit Christus, quæz sibi Deoque pretiosa et clara sit mansuetudo, quæque ipsa sit fortis et invicta. Nimirum Christus, utpote Agnus Dei primogenitus, agni agnellos, amat agnas, amat agnetes, amat innocentes,

panem ejus, per transpositionem. Genus dicitur Hebraicus, pro : Injiciamus perdendi eum causâ lignum

amat virgines, amat martyres, quia mites; et per mansuetudinem facit eos omnibus hostibus, omnibus tormentis, omnibus tentationibus superiores. Hoc est ergo secretum, quod per agnum nos docet Christus, nimirum mansuetudinem et patientiam, esse fidelium scuta in bello defensivo, æquæ ac tela in bello offensivo invicta, quibus omnia adversa, omnesque adversarii superantur, imò subiguntur. Mansuetudo enim non tantum vincit hostes, nec tantum superbiam, iram, invidiam, impatientiam; sed et libidinem, omneque concupiscentiam, ut docent Cassianus, et prisci ascete; quia et ipsa veritas clarè pronuntiat: *Beati mites, quantum ipsi possidebant terram*, Math. 5, 4.

Et nos cognovit, scilicet, antiquam mihi, ô Domine, revelares; q. d. : Non putabam eos fore tam nequam, tam mihi infestos, ut me neci destinarent. Sic allegorice, Christus non cognovit, quia quâ homo, sine Patris revelatione non cognovit insidias Judæorum. Secundò et potius, non cognovit, id est, dissimulavit, quia nesciret insidias eorum. Tertio, non cognovit, id est, ductus est ad mortem nihil dicens, perinde ac si non cognovisset quò eum ducerent; sicut agnus cum ad lanienam ducitur, non queritur, non refugit, quia nescit quò eat; alioqui non ignorabat Christus quò duceretur, imò passionem et crucem suam jam antè prædixerat, Math. 20, v. 18 et 19. Ita Hugo, Maldon. et alii.

Vide, ô christiane, et imitare hoc agni immaculati exemplum, hoc speculum jugiter speculari, et moribus exprime. Ita fecerunt omnes christiane perfectionis studiosi, ab eoque didicerunt injurias, verba et verbera silenti et miti animo perferre. Audi exempla ex Vitis Patr., lib. 7, c. 7 et 8.

Monachus quidam erat, qui quanto plus eum aliquis injuriabatur ut incitabat, tanto magis ad eum recurrebat, dicens : *Ita sunt qui nobis occasione præbent ad perfectionem nostram; qui autem beatificant nos, decipiunt nos, et semitam pedum nostrorum subvertunt.*

Alius non arguebat injuriantem, sed se, dicens : *Quia propter peccata mea contingunt mihi hæc.*

Tertius, si quis ei detraheret, mittebat ei manna. Quartus, Zacharias pallium suum conculcans, dixit : *Nisi quis se fuerit conculcatus, monachus esse non potest.*

Quintus, S. Antonius prædixit Ammoni : *Multam habes in via Dei præcure. Et educes eum de cella : Vade, inquit, et injuriare lapidem hunc, et indestinentur cæde; quod cum fecisset, rogavit eum S. Antonius, si et aliquid lapsi respondisset? At ille dixit : Non, cui sanctus : Ita et tu ad hanc mensuram percuteris es, ut nullam tibi fieri arbitris injuriam.*

Sextus, lib. 5, c. 7, de Fortitudine, omnes injurias et tribulationes superabat, in his gratias agendo Deo : *atque adeo Deus, inquit, videns patientiam ejus, abstulit omne bellum tentationis ab eo.*

Septimus ibidem : *Virtus, inquit, monachi in tentationibus apparet.*

Octava, S. Synclitica : *In tentatione, inquit, dilectio, castigatio castigavit me Dominus, et morti non tradidit me. Si ferrum es, per calidum tibi ignem anilites aru-ginem; et aurum es, per ignem probator eris. Minor esto istis : Transiens per ignem et aquam : residuum est quod sequitur, ut inducatur in refrigerium. Oti-nuitis primum, expecta secundum, agens que virtutum sunt.*

Talis agnus fuit S. Ignatius in vita et in morte. Vox ejus in vita fuit : *Mansuetudinem volo, quò omnis vis principis mundi cerneretur. Vox verò in morte : Frumentum Christi sum, denitibus bestiarum molar.*

MITTAMUS LIGNUM IN PANEM EJUS. Hebraicè, *corrumpamus, perdamus, excidamus lignum*, id est, arborem,

lethale, id est, toxicum in panem ejus. Per lignum lethale intelligit taxum, aut aliam arborem cuius lignum

in pane, id est, cum pane ejus, id est, cum cibis et fructu suo, ait R. Kinchi, q. d. : Occidamus Jeremiam, ut ipse pereat, et cum ipso propheta ejus tristissima, quasi Jeremias sit, ejus arborem; panis, id est, fructus ejus, sit ejus doctrina, concio et mias; unde sequitur : *Excidamus eum (quasi arborem) de terra pinciniam.* Hæc expositio satis convenit Hebraeo; sed dissentit a versione nostrâ, cui consentiunt Septuag. et Chald.

Secundò, Chald., S. Thomas, Hugo, Lyran., Pagninus et Vatabl. : *Tò corrumpamus lignum in pane ejus*, per hypallagen vertunt : *Corrumpamus panem ejus ligno*, scilicet venenato et mortifero, q. d. : Toxicò et ligno venenato injiciamus ejus panem et cibum, et sic veneno eum perimus; unde per lignum hoc, accipitur taxum, cuius lignum, folia, hæcæ et flores lethalia esse, docent Theophrastus, Plinius, lib. 16, c. 10, Dioscorid., Galenus et alii, adeò, ait Plinius, ut quò obdormiant sub cæ moriatur; unde Virgilius :

Ne propius tectis taxum erè.

Imò hinc Maldon., Calepinus et alii venenum dicit putant taxum à taxo, quasi taxidum; sed alii melius toxicum à toxo, id est, sagitta, deducunt; et hoc est quò ait Plinius : *Sunt et qui toxica hinc appellata dicunt venena, que nunc toxica dicuntur, quibus sagittæ tinguntur ut sint venenata.* Dioscorides venenum hoc taxi, tribuit nimio frigori taxi, instar cicute. Melius Matherius in Dioscorid., lib. 6, 12, id tribuit nimio calori; quia taxus corticem et frondes habet amaras, haccas, dulces et acres, perpetuò vires, febres mortiferas et alvi profluvia ciet, denique avicula frondes taxi depaste nigrescent, que omnia caloris nimii sunt signa, q. d. : Taxo panem et cibum Jeremias injiciamus, excidamus et succidamus. Jeremias, quia lignum non solet imponi cibo, sed venenum; quò et hebraicè *וַיִּרְסוּ* ros dicitur, et quia omnes Patres hunc locum intelligunt de ligno crucis; hinc

Tertio et apud sinæ, *mittamus lignum in panem ejus*, ut scilicet loco panis, pascamus eum ligno, id est, fuste aut cruce, crucifigamus eum. Sic vulgò dicitur. Fuste te cibabo, id est, fuste undam te, loculos gustabis, pugnos comedes. Vel si veritas, *corrumpamus lignum in panem*, exponè per hypallagen; *corrumpamus panem ejus in lignum*; id est, pervertamus ejus panem, et mittamus in lignum, ut pro pane comedat lignum, id est, fustes aut crucem, unde Syrus vertit : *Corrumpamus lignum in pane ejus; vel, depravemus lignum panem ejus.* Charius Arabicus : *Corrumpatur per irabem caro ejus, et per lignum fortitudo, vel vis gigantesca ejus.* Sic enim apud sinæ hic Jeremias prophetabat crucem Christi : uti eum facere docet S. Hieron. et Theodor. hic, et Justinus contra Tryphon; Tertull., lib. contra Judæos, c. 10; Cyprian., lib. 2 contra Judæos, c. 15; Ambrosius, in titul. psal. 55; Gregorius, lib. 5, Moral., c. 12, et alii passim.

Quarto, Tertull. lib. 3 contra Marcion., c. 19, et Lactant., lib. 4 Institut., c. 18, per hypallagen sic exponunt, *mittamus panem*, hoc est corpus Christi, quò nobis est panis in Eucharistia, *in lignum crucis*; vel, ut abbas Josachim hic, *mittimus lignum in panem*, id est, crucem in carnem Christi, hæspemiam in doctrinam, destructionem in vitam, scandalum in religionem, ut nemo credat et doctrinam ejus, quem videt esse crucifixum, sic et S. Thomas, Andr. Capella et Maldon. ubi.

Nota. Verba Tertulliani hæc sunt : *Hoc lignum (crucis) et Jeremias tibi insinuat, dicitur prædicans Judæis : Venite, mittamus lignum in panem ejus, utique in corpus. Sic enim Deus in Evangelio quocumque vestro revelavit, panem corpus suum appellans; ut et hinc jam eum intelligis corporis sui figuram pani dedisse, cuius retrò corpus in pane prophetas figuravi, ipso Domino hoc*

sit mortiferum, q. d., ligno minutim conciso venenatum reddamus et lethale cibum ejus. Glassius accipit *וַיִּרְסוּ* lignum pro vase ligno in quo panis conficitur; *panem in catino panem ejus.* Et Lud. de Dieo *וַיִּרְסוּ* panem pro carne sumens ut in Ling. Arab. et Job. 6, 7, interpretatur : *hanc carnem ejus ita consudamus ut ipsa ligna corruptantur ac perdantur.* Lud. Capellus *perdamus ligno (cruce) carnem ejus.* Et ita expo-

sacramentum postea interpretatur. Quæ verba imperitè et perversè torquent Calvinistæ contra veritatem corporis Christi in Eucharistia, cum eandem manifestè stabiliant; dicit enim Tertull. : *Quòd apud Jeremiam per panem intelligatur corpus Christi, quòd in ligno crucis affixum fuit, atque addit; Christum ipsum ita explicuisse prophetam Jeremiam, cum de pane Eucharistia dixit : Hoc est corpus meum quòd vobis tradetur, id est, crucifigetur.* Ubi clarum est, per panem apud Jeremiam hic, non intelligi panem materiale, qui significet corpus Christi (ut voluit Calvinistæ), ac enim sequetur panem fuisse crucifixum, non autem corpus Christi. Quòd ergo ait Tertull. : *Ut et hinc jam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse; figuram assignat pani, ut patet ex verbis, non corpori, idque cogitare lateri Calvinistæ apud Claudium Sainetes in Apolog. contra Bezam, pag. 159.* Sensus ergo Tertulliani est, q. d. Christus in Eucharistia dedit corpus suum sub figurâ et specie panis, ut conformaretur sæ prophetia Jeremias, eamque explicaret. Jeremias enim per figuram corpus Christi vocavit panem, dicens : *Mittamus lignum in panem ejus*, id est, in corpus Christi : Hanc enim figuram quæ est in voce panis, explicuit et interpretatus est Christus, cum corpus suum

CAPUT XII.

1. Justus quidem tu es, Domine, si disputem tecum : verumtamen justa loquar ad te : quare via impiorum prosperat : bene est omnibus, qui prevaricantur et iniquè agunt ?
2. Plantasti eos, et radicem miserunt; proficiunt, et faciunt fructum : propè es tu ori eorum, et longè à reñibus eorum.
3. Et tu, Domine, nosti me, vidisti me et probasti cor meum tecum : congrega eos quasi gregem ad vicium, et sanctifica eos in die occisionis.
4. Usquequò legebit terra, et herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in eâ? consumptum est animal et volucra, quoniam dixerunt : Non videbit novissima nostra.
5. Si cum pedibus currens laborasti : quomodo contendere poteris cum equis? eum autem in terrâ pacis securus fueris, quid facies in superbia Jordanis?
6. Nam et fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te, et clamaverunt post te plena voce : ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona.
7. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam : dedit dilectam animam meam in manu inimicorum ejus.
8. Facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylva : dedit contra me vocem : ideò olivi eam.
9. Numquid avis discolor hereditas mea mihi? num

nunt plerique Patres, sed non ad litteram. Calmet. Vers. 20. — *JUDICIS JUSTE.* (Vid. Ps. 9, 5.) *QUI PROBAS, etc.* (Vid. Ps. 7, 6.) *VIDEAM USQUEQUE, etc.* (Vid. Ps. 5, 11, et 79, 10.) *REVELAVI, q. d., ad te eorum fugi tanquam ad judicem justum.*

Vers. 21. — *DIXIT.* Tertia persona pro primâ. *Ego Dominus hæc dico.* *ANATHOTH,* meminit *Anathoth*, quòd illa in primis Jeremiam suum civem (sup. 1, 4) affixisset. *NE VATICINERIS,* id est, ne prædices nobis captivitatem tanquam à Deo missus ad nos ut hoc nobis renunties. (1)

Vers. 25. — *ANNUM,* in tempore.

in Eucharistia abscondit sub figurâ et specie panis (non pepenis, vel alterius rei) de eoque dixit : *Hoc est, non panis, sed corpus meum.* Hunc esse sensum Tertullianum clarissimè docet Pamelius in lib. 4 contra Marcion., c. 40, n. 662, quin et ipsi Curatores Magdeburgenses passim profiterentur, figuram apud Tertullianum non cadere in vocem *corporis*, sed in vocem *panis.* (Corn. à Lap.)

(1) *AD VIROS ANATHOTH.* Ubi propheta habitavit. Vide ad Jer. 1, 1. Sicus propheta noster magis factus in patria suâ : ita et Jeremias nullis sibi habuit inimicos quam sacerdotes secum Anathoth habitantes, qui et cæteros sacerdotes adversus eum incitârunt. Propheta male acceptus erat non modò Hierosolymæ, sed etiam cum se reciperet in angulum illum, ut apud suos quietus ageret. Speravit aliqui sibi omni et securitatis fore in patriâ : verum ibi etiam omnes eum hostiliter persecuti sunt. Ideò clades peculiaris illis denuntiatur. (Synopsis.)

CHAPITRE XII.

1. Seigneur, si je dispute avec vous, ce n'est pas que je ne sache que vous êtes juste. Permettez-moi cependant de vous faire ces justes plaintes : Pourquoi les méchants marchent-ils avec tant de prospérité dans leur voie? Pourquoi tous ceux qui violent votre loi et qui agissent injustement sont-ils heureux?
2. Vous les avez plantés, et ils jettent de profondes racines; ils croissent et ils portent du fruit. Vous êtes près de leur bouche, et loin de leurs reins.
3. Mais vous, Seigneur, vous m'avez connu, vous m'avez vu, et vous avez éprouvé que mon cœur est tout à vous. Assemblez-les comme un troupeau qu'on mène à la boucherie, et préparez-les pour le jour auquel ils doivent être égorgés.
4. Jusqu'à quand la terre plaurera-t-elle? jusqu'à quand toute l'herbe des champs aura-t-elle desséchée, à cause de la méchanceté de ceux qui l'habitent? Il n'y a plus de bêtes ni d'oiseaux, parce qu'ils ont dit : Le Seigneur ne verra point quelle sera la fin de notre vie.
5. Si vous avez en tant de peine à suivre à la course ceux qui étaient à pied, comment pourrez-vous courir contre ceux qui sont à cheval? Si, lorsque vous étiez dans une terre de paix, vous espériez en vain d'être en assurance, que ferez-vous contre le débordement du Jourdain?
6. Car vos frères mêmes et ceux de la maison de votre père se sont unis pour vous combattre, et ils se sont élevés contre vous avec de grands cris. C'est pourquoi ne les croyez point, lors même qu'ils vous parleront avec douceur.
7. J'ai quitté ma propre maison, j'ai abandonné mon héritage; j'ai exposé celle qui m'était chère comme mon âme entre les mains de ses ennemis.
8. La terre que j'avais choisie pour mon héritage est devenue à mon égard comme un lion de la forêt; elle a jeté de grands cris contre moi; c'est pourquoi elle est devenue l'objet de ma haine.
9. Ai-je prétendu que l'héritage que j'ai choisi se-